



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Adversvs Omnia Catabaptistarvm Prava Dogmata Heinrychi Bullingeri lib. IIII

Bullinger, Heinrich

Tigvri, 1535

VD16 B 9759

An liceat repugnare magistratui. Item contra eos qui magistratui rebelles
sunt

urn:nbn:de:hbz:466:1-35433

maledicant &c. Ad Romanos 13. dicit: Omnis anima potestatibus excellentioribus subdita sit. Nā potestas nō est nisi à deo. Quæ uero potestates sunt, à deo ordinatæ sunt. Itaq; quisquis resistit potestati, dei ordinationi resistit. Qui autem restiterint sibiipsis iudicium accipient &c.

AN LICEAT REPVGNARE MAGISTRATUI. Item contra eos qui magistrati rebelles sunt.

S I M O N.

Dic Ioiada, si magistratus esset (ut sunt prohdolor pleriq;) qui recti, sani, & iusti nihil ageret, qui deo rebellis esset, bonos iniquis legibus premeret, iniuria afficeret, affectos iniuria non uindicaret & assereret, huic repugnare non licebit? An non Esaias malos magistratus fures nominat & latrones? Esa. 2. Christus potestatem tenebrarum? Paulus Ananiæ maledicit Acto. 23. parietem dealbatum eum nominans. IOIADA. Magistratui impio & malo scelera omnino ostendenda sunt, ut ab his ad meliora auertatur, idq; fieri debet modo tempestiue, modo intempestiue. Pauli factum non nihil occasionis habet. Tu Pauli similis fias, & factum deinde Pauli imitare. SIMON. Quid uero prodest si scelera

III.
TRACT.

*Impio magistratui
omnino scelera
ostendenda sunt
ut ab his ad meliora
auertatur*

principum & magistratum taxentur, ipsi uero scelerati esse pergunt? Hic (quantum ego uideo) præstaret ut e medio tales tollerentur, quemadmodum Iehu & ceteri fecerunt. IOIADA. Quorsum Simon, quorsum? Quam tibi excidisti, an non uos catabaptiste armis abstinetis? Sed uideo quid futurum sit, si uobis omnia ex sententia euenirent, metuo ne uestra omnia tumultum & omnium rerum confusionem spirarent. Non sic mi Simon. Paulus dicit 1. Cor. 7. Maneat quisq; in ea uocatione in qua uocatus est. Seruus uocatus es? ne sit tibi cura: quin etiam si potes liber fieri, potius utere. SIMON. Audis ergo quod libertatæ seruituti, præfertet monet ut si fieri possit, libertatem expetat. IOIADA. Audio libertatem optandam, & si fieri possit etiam amplexandam esse, sed non audio hanc expetendam esse per seditiones, per tumultus, per malas artes, per uim, per sanguinem, per bella. Nec apostoli istis medijs usquam sunt usi, quo liberi fierent: nobis ergo ab his quoq; temperandum. Si res gerantur nostro consilio, singulis horis tumultus cietur contra magistratum, quando quiuis, ut non pro uoto quæq; succederent, tumultuari incipiet, & dicere: Magistratus impius est, contra ius & æquum mihi fecit &c. An non hoc pacto Christianum nomen uelamentum esset tumultuum, affectuum, cupiditatum & perturbationum omnium? SIMON. Omnino aliquando

libertatis optanda
 & si fieri possit
 etiam amplexandam
 esse, sed non audio
 hanc expetendam
 esse per seditiones,
 per tumultus,
 per malas artes,
 per uim, per sanguinem,
 per bella.